



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Markgraf Albrecht der Bär beurkundet die Uebergabe des Dorfes Mose an das Kloster Unser Lieben Frauen zu Magdeburg und die Beseitigung der auf diesen Besitz gemachten Ansprüche verschiedener ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XI. Markgraf Albrecht der Bär beurfundet die Uebergabe des Dorfes Mose an das Kloster Unser Lieben Frauen zu Magdeburg und die Beseitigung der auf diesen Besitz gemachten Ansprüche verschiedener Privatleute (1144?).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit universitati fidelium, quod ego Albertus divina favente gratia Marchio, villam quandam Mose, ab ecclesia Magdeburgensi libere, et sine omni querimonia in beneficio habuerim, eadem Comes Otto de Hildesleve a me beneficiatus fuerit. Postmodum autem ob spem eternorum villam hanc, Ottone Comite ipso consentiente, recepi, eamque Domino Conrado, Archiepiscopo Magdeburgensi, manu propria resignans, ut ecclesie Beate Marie per manum ejusdem Venerabili Archiepiscopi traderetur impetravi. Factum est ergo celebri consensu cunctorum, nullius tunc de bonis his querimonia obstrepente. Vnde et in possessionem perpetuam villa eadem Mose ipsi ecclesie banno memorati episcopi confirmata est. Evoluta autem aliquo tempore, cum labore fratrum ecclesie Beate Marie coleretur, matrona quedam nomine Emecke cum tribus filiis, se suosque heredes quinque mans in eadem villa injuste privari conquesta est, multaque importunitate, et crebra querimonia, licet injusta esset, tandem reconciliationem secum fieri exegit, datisque sibi et filiis talentis tribus, ab hac querimonia voluntarie cum filiis ipsa quievit. Cujus rei confirmatio facta est in placito Comitum Ottonis in villa Dalwarkesleve; testes adhibiti sunt Bruno de Iresleve, Howolfus de Gersleve, cum filio suo Howolfo, Ochtericus de Dalwersleve et alii plures. His ita gestis filii sororis supra dicte Emecken eosdem V mansos inopinata rursus querimonia sibi vindicare ceperunt, qui item datis sibi quatuor talentis ab hac querimonia cessaverunt. Idque nihilominus in placito Comitum Burcharidi in villa Euendorp stabilitum est. Cujus rei testes sunt Lochwicus, Prepositus ecclesie Sante Marie cum fratribus suis quam plurimis, Hazeco, majoris ecclesie Decanus, et alii quam plurimi. Sedatis autem his, emisere duo fratres de Haldesleve, Henricus videlicet et Thiatmarus, qui in prefata villa Mose ex parte matris XII mansos sibi usurpare conati sunt. Quorum licet injusta esset querimonia, sicut et prior erat, reconciliatio tamen rursus cum eis facta, datis eis talentis tribus et manso vno, sito in Huvereckesleve, ipsi vero coram Sifrido, prefecto Magdeburgensis civitatis, omni querimonia huic abrenunciaverunt. Cui pollicitationi fidejussores Johannem, Henricum, Sigehardum, ministeriales Ducis adhibuerunt. Sed non multo post quidam de Gardeleve, filii eorundem fratrum matertere, supra dictos XII mansos inopinata querimonia ceperunt expetere, quorum importunitati et injuste querimoniae nihilominus cedendo fratres ecclesie Beate Marie reconciliationem fecerunt datis eis V talentis, ipsisque reconciliationi huic voluntarie assentientibus etc.

Ludewig Reliq. Mspt. II, 357. Leuckfeld Antiq. Praem. 77. Hugo Annal. Praem. II, 113. Buchholz Geschichte der Churmark Brandenburg I, 424 (Fragment).

Ann. Erzbischof Conrad starb 1142.